

habuit. ipse enim ortus deliciarum. Si deliciae dei sunt esse cum filiis hominum. puer. viii. Quante deliciae sunt et esse cum filiis hominum vel filio hominis id est cum illis quos ut filios virginis haberi voluit. Iste ortus deliciarum aultra spiritulancu aspirante et archana dei inspirante celestis doctrina redolentia habundavit. ipse etiam fuit apotheca spissan et specieb<sup>9</sup> gratiarum plenus. unde et iohannes id est. in quo est gratia dictus est. Spectes aromaticae in eo sunt contrite quod ammoo quia multis tribulationibus est afflicto. Ipse in fermentis olei dolium est missus et in exilium positus. ipse etiam venenum bibit in quo magne redolentiae fuit. In mansuetudine enim tribulationes sustinuit et de ipsis deo gratias reddidit. Ipse etiam fuit velud fornax spiritulancu. Sicut a deo multum est dilectus sic deus in se et in suis membris multum dilexit et bonis operibus habundavit. Sic ignis caritatis in eo redolentiae causa fuit. Unde ut breviter colligam<sup>9</sup> Ipse habuit redolentiam docendo. Sapiencia enim sicut cinamomum et balsamum odorem dat. ecci. xxiij. Habuit etiam redolentiam caritatis bona amando et agendo. Et redolentiam mansuetudinis mala cum gratiarum actione sustinendo. Ipse etiam fuit liliū quantum ad dolorem mitigationem miseriam hominum non solum spiritualem sed etiam corporalem relevando. Unde gemas valde preciosas quas crachon plus in foro ob mundi gloriam frangi fecerat. oratione facta. solida ut ut earum precium pauperibus posset erogari.

Fruj.

## Sermo secundus

**O**ni tempore diligit qui amicus est et frater in angustia comprobatur. puer. xvj. **A** quo notant<sup>9</sup> in verbis istis. Et propter christi amoris continuatio ibi. **O**mnis tempore diligit. Et parte vero iohannis amoris probatio ibi. Et frater in angustia comprobatur. **N**ota circa primum quod christus omni tempore ostendit signum amoris beato iohanni. **P**rimum signum amoris ostendit ei in conversione et hoc duobus modis. **P**rimo quia vocavit eum in iuventute. tre. iij. **S**onū est viro. **S**ecundo quia vocavit eum de nuptiis virginem. i. cor. vij. **S**olutus ab uxore noli querere uxorem bonū est sic permanere. **S**ecundum signum ostendit ei in die cene. Et hoc fuit in duobus. **P**rimo quia tunc revelavit ei peccatorem. ioh. xij. **C**ui intinctum panem porreperit. **S**ecundo quia recus-

buit supra pectus domini ut patet ibidem. **T**ertium signum ostendit ei in passione. Et hoc in duobus. **P**rimo quia commendavit eum matri. ioh. xj. **E**cce filius tuus. **S**ecundo quia commendavit ei matrem. quod fuit maius quam primum dicens. **E**cce mater tua. **Q**uartum signum ostendit ei in predicatione. Et hoc fuit duobus modis. **P**rimo in miraculorum operatione quia mortuos suscitavit et virgas in aurum convertit. **S**ecundo in altitudine verborum quia ceteris alcius scripsit. ioh. i. **I**n principio erat verbum. ubi glossa. **S**i parum aliquid intonuit cor mundus eum capere non potuisset. **Q**uintum signum ostendit ei in morte. Et hoc fuit in duobus. **P**rimo quod revelata est ei mors ecci. v. **N**emo scit finem suum quia nihil certum morte. et nihil incertum hora mortis nisi tunc per revelationem. **S**ecundo quia non sensit dolorem mortis. **S**icero. **T**am a dolore mortis fuit alienus vel extraneus quam noscitur a corruptione carnis fuisse alienus. ioh. vi. **S**ic eum volo manere. **S**extum signum ostendit ei post mortem et hoc fuit in duobus. **P**rimo quia christus eum cum omnibus apostolis processionaliter antecessit in celum. v. dicitur in historia. **V**eni dilecte mi quia tempus est ut epularis in convivio meo cum fratribus tuis. **S**ecundo quia in sepulchro eius inveniuntur manna in signum vel testimonium incorruptionis. **N**on dabis sanctum eius proder corruptionem. **D**equit<sup>9</sup> frater in angustia comprobatur. **S**anctus iohannes dicitur frater domini nomine vel ratione consanguinitatis et propter dilectionis qui probatus fuit duplici angustia. **P**rimo in angustia christi. Et hoc ex tribus. **P**rimo in actione quando secutus est christum usque in atrium ubi accusabatur. ioh. xij. **D**iscipulus autem ille erat notus pontifici et introduxit petrum. **S**ecundo eius educatione quod sequebatur eum cum duceret ad crucem. marc. xij. **A**dolecens quidam sequebatur eum amicum sine dione. **Q**ui credit iohannes euangelista fuisse. **T**ercio in eius passione quia semper stetit iuxta crucem. ioh. xij. **C**um vidisset hie sus matrem et discipulum stantem. **S**ecundo in propria angustia quam sustinuit. Et hoc in tribus. **P**rimo in exilio. apoc. i. fuit in insula que vocatur patmos. **S**ecundo in oleo quia in fermentis olei dolium missus. **T**ercio in veneno quod potavit. marc. vlt. **M**ortiferum si biberint. ps. **P**arasti in conspectu meo mensam quo ad exilium. **I**n pingua si oleo caput meum quo ad secundum. Et calix meus inebrians quantum ad venenum. ut patet. **D**e hoc glorioso apostolo